

A LYCURGUS obicientibus, quod eloquentia studio rhetoribus daret mercedem: Si quis, inquit, prosterat se filios meos mihi redditarum meliores, non mille drachmas, sed omnium facultatum dimidium effunderem. Plurimum ab hominum vulgo discrepans, qui perisse existimant, quod liberis insitendis impenditur. *Eraf. Kot. lib. 8. Apoph.*

DARI Persarum regis mulieres Democedem medicum amplissimis numeribus affecerunt, observatum regem ex pedis luxatione. Singule enim earum auri phialam cum theca succulentibus, tanto eum donaverunt numeris, ut excidentes fortuito frateres, famulus Sciron, qui sequebatur, collegerit, non parvam auri summam. *Herod. lib. 3.*

Vulnerata in bello Philippo Macedoni clavicula, cum qui eam curabat, quotidie postularer aliquid medicus: Sume, inquit, quantum libet, nam clavem habes. *Plu.*

TIBERIUS Cæsar erga benemeritos fuit omnium liberalissimus, qui eam pecuniam, quam largissimè depromebat, atque alia munera jubebat coram numerari atque representari, ne dantium perfidia aliquid supprimeretur. Intellegebat enim, Augusti temporibus magnam diminutionem de donis ejus (sæpe numero à ministris esse factam). *Dion. Nicæus.*

KETO Julia præfectus (quam Attilus II. Svecia rex in vasa) Regem Danie Vermundum per primipilariam Folconem de hostium irruptione certiorum fecerat. Rex tum fortè prandium capiebat, & mandata exponenti centurioni præcepit, ut accumberet. Ille motam excusans, redeundum sibi testatur ad dominum. Rex subinde, quia edere noller, aureum poculum porrigit. Ille porrectum exhaustit. Alacritate proinde juvenis & proceritate delictatus, poculum illi dono permisit, testatus, in ipso itinere festinant non esse decorum manu aquam haurire. Ille promittit se tantum in acie sanguinis hausturum præsentem rege, priusquam terga ejus quicquam videret. Interca Svecia rex Juliam vastat. Vermundus hosti obviam pergit. Grave prelium, multa utrinque edantur funera. Ibi se regi suo Folco centurio sub oculis infert, operam militarem strenuè navans. At ubi congressus hosti vulnus accepit, parumper sedens, poculum cruore implevit, ac se oculis regis reddens haurit: Ecce, inquit, rex, adium, memor promissi; hæc dextera faciet, ut hodie vestros hostem fugientem. Hortatus cæteros fertur in adversam aciem. Nec longè post Svecia acies perumpit, multi in eum fugam, rex ipse fugam secutus, in naves refugit. Ita Dani victores hostem retrò egere. *Cramz. lib. 1. Svecia, c. 22. ex Saxonis lib. 4.*

PUS II. Pont. Max. architecto ad summam futuræ impense longè præ merito, post perfectum opus, addi centum iussit, dicens, Desipere architectum, qui de impensa, quam nemo sit facturus, ante præstinat. *Campanus in eius vita.*

J O C I.

LUDOVICUS XI. Gallorum rex, dum sacro interest, animadvertit presbyterum ignobilem in angulo Ecclesiæ dormientem. Ei igitur Canonice opimum, qui tunc primum vacaverat, neicenti contulit. Causam rogatus: Ut verum id reipâ deprehendat esse, respondit, quod vulgò dicitur, Opes dormientibus supervenire fortunatis. *Ægid. Corroz. de dictis & factis mem.*

O P E R I S.

AUGUSTUS Cæsar xx. mille servos manumisit, ad restaurandum aggerem inter Misenum, & Puteolos, ab Hercule pelago oppositum. *Sab. lib. 6. En. 1.*

MODERATO PECUNIARIA PER SE CONSIDERATA, QUATENUS NON UTILITUR, NON FRUITUR.

Et vel

CONTEMNIT DIVITIARUM

Contemptum in GENERE.

Populi.

In Tygris alveo oppidum est Babythace, cujus incolæ mortalium soli aurum odio habent. *Ravinsus.*

Apud Macrobios Æthiopia populos, æs pluris aestimabatur quam aurum, cujus tam vilis erat usus, ut eo profecti Cambysis legati, fontes viderint aureis catenis in custodia victos. *Herod. lib. 3. & Sabell. l. 2. En. 1.*

Scytharum in contemptendis opibus libertatis, tum alii, tum *Horat. 3. car. 24. meminit:*

*Campes tres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos,*

Vivunt, & rigidi Cæta,
Immetata quibus iugera liberat
Fruges, & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua:
Desunt illi que laboribus,
Æquali recreat sorte vicarius.

Sustulerunt è medio omnem aurum, & argenti usum Spartani, ex Lycurgi instituto, ferrumque præterierunt, ut potè rem magis vitæ utilem, numo ex eadem materia percussio, certa percussione, nullam civitatem diu duraturam, in qua luxus & avartitia prævaleret. *Sab. lib. 6. cap. 1. Xenoph. in Lacon. rep. & Plu. in Lycurgo.* Anaxander Euryceatis querenti, cur pecuniam in ætariam non cogeret: Ne, inquit, qui custodes ei præfecti sint, labefactentur. *Plu. in Apoph.*

P R O P H E T A.

SAMUELS propheta integritas, qui nihil unquam à quoquam accepit, 1. Reg. 12. Eccles. 20. commendatur. Neminem verò moveat illud, quod in primò Regum libro legitur, Saulum volentem ire ad Samuelem dixisse puero suo, ad eum se ire non posse, quia pretium, quod offerret pro vaticinio, non haberet, & puerum respondisse: Ecce inventa est in manu mea quartæ pars sicli pecunie, & dabo viro Dei, & annuntiabit nobis viam nostram: non enim scriptum est, quòd Samuel accepit, aut quòd illi obtulerint, quin potius à propheta pascuntur, & invitatur ad prandium. Sed fac eum accepisse, sitpe magis æstimandæ sunt tabernaculi, quam munera prophetie. *Hieron. l. 1. com. in Micheam c. 3.*

R E G E S, D U C E S, M A G I S T R A T U S.

PELOPIDAS Thebanus in splendido fuit matrimonio, tulit etiam liberos. At nihil attentior ad rem, omnemque vitam procuracione resp. consumens, facultates attrivit suas. Cum autem admonerent illum amici, suggererentque, rem ipsam necessariam negligere, pecunie comparacionem: Necessariam hercule hinc, inquit, Nicodemò, coministrans claudum, & cæcum quendam. *Plu. in Pelopida in Apoph.* Nicodemus habet.

PERICLES cum urbem & rempublicam administrasset, quam magnam accepit, maximam reddidit esse opulentissimam, potentia verò multos reges, & tyrannos superaret, quorum aliqui etiam liberis dominatus suos testamento reliquerunt, nec uno numo fortunæ suas, quas patet ei reliquerat, reddidit ampliores. *Plu. in Pericle.*

L. PAULUS ÆMILIUS, devotio Perse, vini ingentem auri, ingentem argenti, ex regis coactam thesauris, ne aspiceret quidem sustinuit, sed que floribus, ut in ætariam defertent, permisit. Libros regios tantum studiosis litterarum concessit filiis. Ælio Tubero genero suo phialam quinque talentorum dono dedit, idque argenti primum in eam familiam devenit, quam ad id tempus ita pauper fuisset, ut Tubero cum quindecim ejusdem cognationis, modicis ædibus, parvoque fundo vixisset. *Sab. l. 8. En. 5.* Eo mortuo, cum germani ejus filii P. Scipio & Q. Maximus uxori dotem reddidit essent xxv. talentorum, his conficiantur difficultatibus, ut id nullo modo possent, nisi & suppellectilibus & mancipiis, & quibusdam fundis distractis. *Suid. & Plu.*

C. GRACCHUS ex Sardinia rediens, orationem ad populum habuit, inter cætera dixit: Veratus sum in provincia, quomodo ex usu vestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar. Ita veratus sum in provincia, ut nemo possit verè dicere, assem aut eo plus in numeribus me accepisse, aut mea opera quempiam sumptum fecisse. Ita que cum Romam profectus sum, zonas quas plenas argenti, extuli, eas ex provincia inanes retuli. Alii vini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportaverunt. *Gell. lib. 13. cap. 12.*

TIBERIUS Cæsar primis annis pecunie causa neminem occidit, neque bona cuiusquam publicavit, neque ultra constitutum quicquam exegit. *Zonaras.*

M. ANTONIUS Pius ab omni lucri genere abstinuit: quo provinciales offendit possent, quadruplores autovit, si qui repetundarum damnati essent, eorum liberis bona restitit iussit, modo ea que parentes malè accepissent, ipsi provincialibus redderent. *Pont. l. 4. de Liberali.*

MAENUS SORCIA opes semper contempnit, adeo liberali iudicio, ut à Signate pecunie nota oculis semper averteret, ut tuperatis qui diro ejus conspectu, & venenata libidine gauderent. *Jovius in eius vita.*

LAU-

A LAURENTIUS Lautetanus, dux Venetus nullum munus donumve in ferri intra tres suas publicas passus est, nulla publice nulla private pecunie vestigia sunt via, que injustè observari possent. Quod liberè quocumque ejus post x. principatus patris annos, constantissimi, dum viverent, sunt amplexi. *Egnatius lib. 4. cap. 2.*

Jo. PICUS Mirandula, triennio priusquam diem obiret, ut posthabitis dominandi curis in alta pace degere posset, securus quod secepra cadent, cuncta patrimonium, que Mirandulæ Condizque possidebat, hoc est, tertiam partem earum, Jo. Francisco nepoti ex fratre Galeotto tradidit. Quicquid autem ex hoc pecuniarum accepit, partim pauperibus elargitus est, partim in emendis agris, unde & ipse, & ejus familiares aletentur, exposuit, nominatimque Corbulas in agro Ferratiensi multis aureorum millibus numum sibi comparavit. Multa item vasa argentea, pretiosaque fuppellectilibus partes in pauperum usus distribuit. *Jo. Franc. in eius vita.*

D O C T I H O M I N E S, P H I L O S O P H I, P O E T A.

SOCRATES in pompa cum magna vis auri argentique ferretur: Quam multa non desidero, inquit. *Cicil. 5. Tusc.* Laertius verò non auri argentique copiam tradit ipsam in pompa proficentem id dixisse, sed multitudinem rerum vanaum, ut suspicari licet, in foro. *Vitell. lib. 15. Var. lib. 1. cap. 18.*

Naumachii iudicium de divitiis (quod deinde D. August. & Bernardus imitari sunt, qui terram albam, & rubram vocant) in Fragmentis poetis extat:

*Χρυσὸς τὰ κέρη, καὶ τὸ ἀργυρῶν, καὶ τὸ αὐτῶν
ἄλλοι δὲ ὀφθαλμοὶ πολλοὶ κέρηδ' ἀλλοῖσιν
Πολλοὶ δ' ἐπίστατοι πταρῶν παρὰ χροῖον αὐτῶν.
Ἐμπὰρ δ' ἰσχυροὶ ἐπιδραστῆται αἰματὶ κίχρη,
Ταῖς ἐπι πλοῦτον δαίμονες ἀναμύχρη.*

Aurum sanè & argenti pulvis fuit, & qui repetuntur lapilli in calculosa maris crepidine: multum autem jacet ad ripas fluviorum temerè. At velles marinæ purpuræ cruor inficit, quibus inhæte solent solidi nautæ.

DIOGENES vidit in oleo Alexander applicantem: assistens rogavit, Ecqua te opus habere? Quo, inquit, respondente, nisi quòd peteret, ut paulum ex oleo recederet; stupens ingentes ejus spiritus, amicis ait: Nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem. *Plu. de exilio.*

Alphati poetæ inter vetera Epiri. Græcorum extat tale:
*Ὁδὲ τὴν βαδύλαιον ἄρραρ
Ὀὐδ' ἄλλοι ποταμοὶ τὴν ἄρραρ, οὐδ' ἄλλοι ποταμοὶ
Ἀττικῶν ἰσχυροὶ ἰσχυροὶ ἰσχυροὶ ἰσχυροὶ
Τὸ, καὶ τὸ ἄρραρ, τὸ, καὶ τὸ ἄρραρ.
Ἄγροσ εἶπα ποταμὸν ἰσχυροὶ ἰσχυροὶ ἰσχυροὶ
Νὸν αὐτὴν αὐτὴν ἰσχυροὶ ἰσχυροὶ ἰσχυροὶ
Ὀὐδ' ἄλλοι ποταμοὶ τὴν ἄρραρ, οὐδ' ἄλλοι ποταμοὶ
Ἄλλοι δὲ ὀφθαλμοὶ πολλοὶ κέρηδ' ἀλλοῖσιν
Πολλοὶ δ' ἐπίστατοι πταρῶν παρὰ χροῖον αὐτῶν.
Ἐμπὰρ δ' ἰσχυροὶ ἐπιδραστῆται αἰματὶ κίχρη,
Ταῖς ἐπι πλοῦτον δαίμονες ἀναμύχρη.*

Que sit satis sibi vira, sat eadem est mihi,
Nil, nihil nimis, nimis mihi placet.
Tithullus l. 1. Eleg. 1. votum suum liberalitatis explicat:
*Divitias alius sulvo sibi congerat auro,
Et teneat culti iugera magna soli.
Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
Marta cui somnas classica pulsa fugent.
Me mea pauperis vni a raducat inveris,
Dum meus assiduo luceat igne focus.*

P A R C I T A S, F R U G A L I T A S.

Parsumonia decora in genere.
Vide Frugalitas, & Parsimonia.

Ovidius de Aurea ætate sic scribit lib. 3. Amorum 7.
*At quæ regna senex tibi Saturnus haberet,
Omne lucrum tenebris alta premebat humis:
Æraq; & argentum, cumque auro pondera ferri,
Dimorat manibus, nullaque massa fuit.
At meliora dabat, curvo sine vomere, fruges,
Pomaque, & in quercu nullæ repenti a cava,
Nec validi quicquam terram scindebat aratro.
Signabat nullo limite fossor humum,
Non freta dimissi verberant æra remis,
Vltima mortali tum via litus erat.*

Nabathæi continentes sunt, & rei parandæ atque conservandæ intenti, & cum paucis opus cos serviant, frequentius confluuntque ministrant, vel alter alteri, vel quisquis sibi, ut etiam hic mos ad reges perveniat. *Strabo lib. 16.*

In septentrionali Tigris alveo oppidum est Babythace, abest

à Suis centum xxxv. passuum. Ibi mortalium soli aurum in odio contrahunt: id defodiunt, ne quo cui sit in usu. *Plu. lib. 6. cap. 27.*

ALCAMEM Telectri filium cum quidam objurgaret, quòd tam parcè frugaliterque viveret, cum tamen amplissimas possideret divitias: Decet, inquit, eum qui multa possidet, pro ratione non pro libidine vivere; significans, perniciosum esse divitias, nisi adit animus divitiis superior, qui possit earum usum non ex copia, sed ex necessitate moderari. *Plu. in Laconia.*

M. ATTILIUS Regulus, cum summis rebus præfuisset, adeo pauper fuit, ut se, conjugem, liberoque toleraret agello, qui colabatur per unum villicum: cujus audita morte, scripsit senatui de successore; destituit enim rebus obitu servi, necessarium esse præsentiam suam. *Front. lib. 3. cap. 3.*

P. SCIPIONEM Africanum juniorem memorant, annis quatuor, & quinquaginta, quibus serè in humanis egisse narratur, *quod in opibus, quod in divitiis, quod in otio, quod in auro, id est, in nihil vendidisse, nil edificasse.* Libras autem argenti tres, & triginta duntaxat in magna substantia, & auri duas reliquias, quum tamen in ejus potestate victa fuisset Carthago, & ab uno imperatorum omnium milites locupletatos, veteribus statutum memoris sit. *Plu. in Apoph. & Elian. lib. 11.*

M. CATO vestem nunquam indidisse ait, & quæ plures esset centum denariis, vinum in prætura, & consulum idem quod & operas bibisse, epulas ad cenam ex foro triginta comparasse assibus, idque facere rep. causa, quòd corpus suum esset ad perferendam militiam robustum: Stragulam vestem cum ex pictis Babylonicam hereditate accepisset, statim distinxisse, nullam villam suam tectorio inductam, mancipium nunquam plus mille quingentis denariis emisse, quòd nec molles nec formosos, verum onerosos, & valentes, ut equiones & bubulos, quæretet; quos, ubi consensissent, venundandos putabat, neque alendos inuites. Breviter nihil vilis esse pretii, quod superfluum foret, sed quo non indigeas, etiam si velles vènit, se carum ducere, comparare arua & pasca potius quam irriguos, & nitidos hortos. Hæc fortibus ejus adscribitur aliqui, alii, quasi ad emendandos & reprimendos cæteros adstringeret semetipse arctius, comprobant. *Plu. in Catone.*

M. TUL. CICERO L. CRASSO & Q. SECVLVE non meram elegantiam, sed multa parsimonia mistam laudi dedit: Crassus, inquit, erat parcissimus elegantiam, Scævola parcorum elegantissimus. Omnium namque usque ad ætatem M. Catonis, Elegans de eo dicebatur, qui nimis læto amonquo cultu vitæque esset. Postea elegans reprehendi quidem desiit, laude tamen nulla dignabatur, nisi ejus elegantia erat moderatissima. *Gell. lib. 11. cap. 1.*

T. POMPONIUS Atticus, nobilis eques Romanus, & familiaris Ciceronis, singulari abstinentia præditus fuit, ut qui ab omni procul egerit ambitione, & præter patrimonium nihil quicquam appeteret, nec edificator, neque emax fuerit. *Corn. Nepos.*

NICOLAUS Cusanus Cardinalis, doctrina magnus, virtutum omni genere clarus, tanta frugalitate fuit, ut in cena etiam lucernis oleo infulo candelarum loco uteretur. Quod gemalis reprehendendi ansam dedit, quasi piculum foret Apostolorum imitatorum ad lucernas cenare. *Hieron. Garim. lib. 3. de Viris Pont.*

FRIDERICUS III. Imp. tenacior & nimis ad rem attentus pletrisque visus est. Id fecere Sigismundus & Albertus Cæsares præcedentes, quorum prodigalitate collata cuiusvis liberalitas, avartitia videri poterat. *Æn. Sylv. 22. Europe.*

Pete pleraque ex loco de divitiis.

MODERATO PECUNIARIA, LIBERALITAS, MAGNIFICENTIA, IN GENERE Considerata. Respectu aliorum.

Et vel

ABSQUE CERTAMINE.

QUI ALIUM.

LIBERALITATEM.

fovent, ornant.

Ex loco Instititæ Distributivæ huc quadam. Nabathæi eos, qui opes suas imminuunt, publice multant; eos verò qui augent, honore afficiunt. *Strabo lib. 16.*

PRO-

A PRODICALITATEM. Accusant, Reprehendunt.

Phocion filium suum Phocum, qui plura solito obsonia coe-

merat, oburgans, ita cominatus est ei: Si plura quam secun-

dam naturam velle poteris, vel ingurgitares, ipsum condignas

penas laturum. Docuit filium vir sapientissimus, frugaliter ef-

ferendum, cum natura paucis contenta esse soleat, que si ob-

sonio obtinuit nimio, prona statim in promptu est, que in va-

riis morbis illico se ostendit. Stob. ser. 20. & 15.

Diogenes Babylonius in lib. de Nobilitate, Phocionem inquit,

Phocionis filium, nullus est ex Atheniensibus, qui non oderit,

qui, quisquis obvisus fiebat. O decurpans antiquorum tuorum

nobilitatem! dicebat. Athen. lib. 4. c. 20.

Spectantibus aliquando novos tragedos Atheniensibus, hi-

strio, qui proditorius erat in scenam, personam poposcit cho-

ragam reginæ, ac multas eximie cultas pedessequas. Non præ-

benite illo, stomachabatur, tenebatque suspensum theatrum,

progreffi abnuens. At choragus Melanthius propellens in me-

diu clamavit: Non cernis Phocionis uxorem una cum an-

cilla semper incidentem? tu vero insolens es, pervertique ma-

iores. Hanc vocem exaudiam excepit theatrum ingenti plau-

su, & strepitu. Plut. in Phocione.

M. CATO quatuor cum P. Scipione ad bellum in Africam

missus, ubi vidit eum pecuniam effundere in milites, admo-

nuavit eum libere; nec tanti impetus demonstravit se facere, sed

quod militibus ad voluptates, & luxum affluentia ultra res

necessarias traductis, patriam frugalitatem labefactaret. Cui

cum respondisset Scipio, non indigere se quaestore nimium ar-

temo, qui ad bellum plenis veheretur velis (factorem enim de-

bere se, non pecuniam, populo rationem reddere) discessit Cato

ex Sicilia, & cum Q. Fabio Maximo infinita pecuniam dissi-

pationem Scipionis, ejusque luxuriosas in palestris, & theatris

commorationes apud patres insectans, quasi non exercitum

duccaret, sed dies festos ageret, effecit, ut mitterentur ad eum

Tribuni plebis, qui si ita rem habere comperissent, retraherent

eum Romam. At Scipio eum in belli apparatu ostendisset vi-

toriam, notassentque illi cum vivere per otium cum amicis

hilariter, ac minime esse ob liberalitatem in feriis, & gravibus

rebus locordem, profectus est ad bellum. Plut. in Catone.

Idem eum, qui prædium maritimum venundederat, demira-

ri finxit se, ut pelago validiorum. Quod enim, inquit, illud agrè

lambit, id hic facile devoravit. Plut. in Apoph.

HYDRAS libere reprehendit M. Antonii profusionem, qua

annis anni spatio ce. talentorum millia Asiæ tribus exacta

profugavit. Querenti enim aliquando pecuniam inopiam fer-

ret dixisse: Si tui ad te, Antonii, exactam pecuniam non dese-

rent, eorum injuriam merito accules. Ceterum si delata est,

nec tanta vis auri te explere potuit, nulla nobis spes reliqua

eorum qua superesunt. Plut. in Antonio, & Sab. lib. 8.

ALEXANDER Severus sapientissime dicere solebat. Malum

pupillum esse Imperatorem, qui ex visceribus provincialium

homines nec necessarios, nec reipublice utiles, sua prodigali-

te palceret. Pont. lib. de Liberal. cap. 11.

ALFONSUS rex profusus homines cisternæ rimosæ per similes

dicebat, quas ut nullus impletet imber, sic hos nulli, quam-

vis magni proventus, rerumque compendia exatiarent; sic

quæ propterea, ut haud multo post dissipando exhausti ege-

rent. Idem cap. 9.

REFRANANT. Vespasianus Cæsar ad luxuriam nepotum coercendam au-

ctor fuit Senatui decernendi, ne filiorum familias feneratori-

bus exigendi crediti jus unquam esset, hoc est, ne post patrum

quidem mortem. Svet.

TYBERIUS Cæsar, præterquam quod censum senatorium ju-

vit, & honestam paupertatem innocentium sublevavit, pro-

digos vel senatu movit, vel loco cedere coegit. Svet.

REVOCANT. Rescindunt. Donationes prodigas revocare.

Ephori, cum Agesilaus semper, ut quisque inter senes re-

nunciatus esset, ei bovem honoris causa mitteret, multam ei

dixerunt, adjecto elogio, quod blandimentis, & beneficiis

communes cives, proprios suos redderet. Plut. de pietate erga

fratres.

GALBA Imp. liberalitates Neronis non plus decimis conces-

sis, per quinquaginta equites Rom. ea conditione revocandas

curavit exigendasque, ut & si quid sceleris, aut iusticiæ donatum E-

olim vendidissent, auferretur emporibus, quando illi absum-

pro pretio solvere nequirent. Svet. & Plut. in eius vita.

BASILIS Macedo ut primum accepit imperium, senatu ac

magistratibus advocatis, ararium Imperatoris aperuit, inque

co de tanta pecunia copia nihil reliquum invenit, præter tri-

centenaria. Re delibata, consensientibus suffragiis est de-

cretum, ut qui pecuniam malis rationibus accepissent, eam

arario restituerent. Ipse Basilis mitigata sententia dimidium

reddi iussit. Hoc modo ccc. auri centenaria arario recuperata

sunt. Cedreno.

HADRIANUS VI. Pont. primo adventu ex Hispania Cardina-

les omnes offendit, nam præmia qua illi trium virali magistra-

tu, ipso absente, benemeritis de republ. tribuissent, ita anti-

quaris decretis irrita fecit, ut officia aliquot, vel gravissimis de

causis dono data, repeteret. Dicebat enim, sibi inopi, post-

quam ararium penitus esset inane, ea pecunia opus esse ad

tuendam pontifici nominis dignitatem. Nec debuisse Cardina-

les, alioqui rei fusa minime profusos; liberalitatis laudem

ex aliena pecunia queritare. Eodem enim consilio venalitia

officia his omnibus protinus ademittit, que singulari benigni-

tate Leo X. pontifex literatis viris, & præcellentibus ingenii

virtutis causa tribuisset, ita tamen ut ejus iniustitiam acerbitatis

invidiam humanissimis verbis deliniret, cum ea detrimenta

se totidem sacerdotum redditibus penaturum polliceretur.

Mox cum equitum S. Petri, & annonæ præsidium officia,

sublati aut dimidiatis redditibus, deteriora reddidisset, multis

ordinibus aulæ, & civitatis inivisus esse coepit; nam perique

universam patrimoniorum substantiam, & totius vitæ labo-

rum, atque industria fructus in officia contulerant, alleci

scilicet uberitate provenus, eum pecunie sub fide publica pon-

tificibus credidit, supra decemam in annum liquidissime re-

sponderent; sed oppigneratis provincialium vestigialibus, at-

que portoriis, tantæ facultatis minime sperarent, ut debita

pecunie tenore illo veteris inflatum persolveri possent. Hinc fie-

bat, ut pontifex contra naturam suam ab inopia tenacior, &

illiberalior effectus, iniquitatis & avaritiæ calumniam sub-

ret, ne, ut ipse crebro dicere solebat, dum omnibus satisfac-

ere contendit, omnibus dentium decoquere cogeret. Eo

decreto exacerbatos officialium animis, quando quisque fe-

impotenter exutum bonis, & sub fide publica deceptum gra-

vi vociferatione quereret: Marius Placentinus, vir togatus

sacratique nominis, desperatis denique vice commodis, im-

mane facinus consodiendi pontificis viceotidiano concepit,

ita ut eum egressurum cubiculo aliquando expectavisset, sese

demum eodem ferro transverberaret, sive impetu commotæ

bilis, sive atrociter lapsi timore, quod rem communica-

isset, nec constituto in loco focosis facinoris, uti crederetur,

esset reperitus. Iovin. in Hadriano.

A VARITIAM. Oderunt, vituperant, reprehendunt.

Consule Tit. Avaritia prædens, item Libera reprehensio.

Thebanis lex data est, ut ad publica numerata nemo abue-

dat, nisi annis x. a mercimoniis cessaret. Ad eod exofam habue-

rent ulorum, quam Reipublicæ pestem esse putabant. Alex.

ab Alex. l. 4. c. 6.

ALEXANDER M. victa Asia æs alienum exercitus creditoribus

de suo dissolvit. Ibi tum Antigènes lucus obaratum simu-

lans se, falso nomen dederat, adductoque certo ad mensam,

qui affirmavit se ei dedisse immo, representavit ei pecuniam.

Eo postea mendacito comperto, exacti rex, summo iure cum

aula, atque præfecturam ademittit. Fuit bello bonus Antigènes

ac juvenis etiamnum, cum obfideret Philippus Perinthum,

intorto ex catapultâ in oculum suum telo, non parum eximere

telum volentibus; neque pugnam remisisset, quam argens

populisset, atque intra muros redigisset hostes. Non modicè

ergo tuit in præsentia ignominiam, verum præ se tulit, dolo-

re & maiore manus sibi ipsam allaturum. Id timens Alexan-

der, iram deposuit, & ipsum pecuniam eam iussit habere.

Plut. in Alex. & Dind. l. 7.

DROMICRATES Getarum rex, in Thracia capto Lyfimacho

Hellespontini regis, admiratione virtutis ejus, eum humanissime

tractavit, suamque paupertatem ei ostendens, monuit: Ne ta-

libus mortalibus bellum inferret, sed eis potius amicus uteretur.

Iude donatum hospitaliter Lyfimachum, & amicitia sibi devin-

ctum, libertati restituit.

ANACHARSIS dicebat, videre se ad nihil aliud nummis uten-

tes Græcos, quam ad numerandum. Plut. de Viri. Proverbiu.

DIO-

curavit exigendasque, ut & si quid sceleris, aut iusticiæ donatum E-

olim vendidissent, auferretur emporibus, quando illi absum-

pro pretio solvere nequirent. Svet. & Plut. in eius vita.

BASILIS Macedo ut primum accepit imperium, senatu ac

magistratibus advocatis, ararium Imperatoris aperuit, inque

co de tanta pecunia copia nihil reliquum invenit, præter tri-

centenaria. Re delibata, consensientibus suffragiis est de-

cretum, ut qui pecuniam malis rationibus accepissent, eam

arario restituerent. Ipse Basilis mitigata sententia dimidium

reddi iussit. Hoc modo ccc. auri centenaria arario recuperata

sunt. Cedreno.

HADRIANUS VI. Pont. primo adventu ex Hispania Cardina-

les omnes offendit, nam præmia qua illi trium virali magistra-

tu, ipso absente, benemeritis de republ. tribuissent, ita anti-

quaris decretis irrita fecit, ut officia aliquot, vel gravissimis de

causis dono data, repeteret. Dicebat enim, sibi inopi, post-

quam ararium penitus esset inane, ea pecunia opus esse ad

tuendam pontifici nominis dignitatem. Nec debuisse Cardina-

les, alioqui rei fusa minime profusos; liberalitatis laudem

ex aliena pecunia queritare. Eodem enim consilio venalitia

officia his omnibus protinus ademittit, que singulari benigni-

tate Leo X. pontifex literatis viris, & præcellentibus ingenii

virtutis causa tribuisset, ita tamen ut ejus iniustitiam acerbitatis

invidiam humanissimis verbis deliniret, cum ea detrimenta

se totidem sacerdotum redditibus penaturum polliceretur.

Mox cum equitum S. Petri, & annonæ præsidium officia,

sublati aut dimidiatis redditibus, deteriora reddidisset, multis

ordinibus aulæ, & civitatis inivisus esse coepit; nam perique

universam patrimoniorum substantiam, & totius vitæ labo-

rum, atque industria fructus in officia contulerant, alleci

scilicet uberitate provenus, eum pecunie sub fide publica pon-

tificibus credidit, supra decemam in annum liquidissime re-

sponderent; sed oppigneratis provincialium vestigialibus, at-

que portoriis, tantæ facultatis minime sperarent, ut debita

pecunie tenore illo veteris inflatum persolveri possent. Hinc fie-

bat, ut pontifex contra naturam suam ab inopia tenacior, &

illiberalior effectus, iniquitatis & avaritiæ calumniam sub-

ret, ne, ut ipse crebro dicere solebat, dum omnibus satisfac-

ere contendit, omnibus dentium decoquere cogeret. Eo

decreto exacerbatos officialium animis, quando quisque fe-

impotenter exutum bonis, & sub fide publica deceptum gra-

vi vociferatione quereret: Marius Placentinus, vir togatus

sacratique nominis, desperatis denique vice commodis, im-

mane facinus consodiendi pontificis viceotidiano concepit,

ita ut eum egressurum cubiculo aliquando expectavisset, sese

demum eodem ferro transverberaret, sive impetu commotæ

bilis, sive atrociter lapsi timore, quod rem communica-

isset, nec constituto in loco focosis facinoris, uti crederetur,

esset reperitus. Iovin. in Hadriano.

A VARITIAM. Oderunt, vituperant, reprehendunt.

Consule Tit. Avaritia prædens, item Libera reprehensio.

Thebanis lex data est, ut ad publica numerata nemo abue-

dat, nisi annis x. a mercimoniis cessaret. Ad eod exofam habue-

rent ulorum, quam Reipublicæ pestem esse putabant. Alex.

ab Alex. l. 4. c. 6.

ALEXANDER M. victa Asia æs alienum exercitus creditoribus

de suo dissolvit. Ibi tum Antigènes lucus obaratum simu-

lans se, falso nomen dederat, adductoque certo ad mensam,

qui affirmavit se ei dedisse immo, representavit ei pecuniam.

Eo postea mendacito comperto, exacti rex, summo iure cum

aula, atque præfecturam ademittit. Fuit bello bonus Antigènes

ac juvenis etiamnum, cum obfideret Philippus Perinthum,

intorto ex catapultâ in oculum suum telo, non parum eximere

telum volentibus; neque pugnam remisisset, quam argens

populisset, atque intra muros redigisset hostes. Non modicè

ergo tuit in præsentia ignominiam, verum præ se tulit, dolo-

re & maiore manus sibi ipsam allaturum. Id timens Alexan-

der, iram deposuit, & ipsum pecuniam eam iussit habere.

Plut. in Alex. & Dind. l. 7.

DROMICRATES Getarum rex, in Thracia capto Lyfimacho

Hellespontini regis, admiratione virtutis ejus, eum humanissime

tractavit, suamque paupertatem ei ostendens, monuit: Ne ta-

libus mortalibus bellum inferret, sed eis potius amicus uteretur.

Iude donatum hospitaliter Lyfimachum, & amicitia sibi devin-

ctum, libertati restituit.

ANACHARSIS dicebat, videre se ad nihil aliud nummis uten-

tes Græcos, quam ad numerandum. Plut. de Viri. Proverbiu.

DIO-

A DIONYSIUS Senior ingressus filii domum. Quare ante inter apoph.

CLEOMENES Spartarum rex, reprehendit amicum ni-

mium frugalem, quod hospitibus nigrum jus, & offam pro-

more Laconicorum conviviurum apposuisset. Negavit enim

in his vel apud hospites nimium Laconicè agendum. Plut. in

Cleomene.

ANTIGONUS Rex, uno de amicorum grege Aristodemo, qui

patre prognatus dicebatur coquo, consulente sibi, ut impensas

& dona præcideret: Oratio tua, inquit, Aristodeme, olet jus,

Plut. in regum Apoph.

A A MALCOLMO IV. Scotorum Rege Archiepiscopus Ebotacensis Rogerus, summi Pontificis id temporis legatus, quod publice ob avaritiam male audiret, Scoris prohibitus est. Indignum enim existimabat, temperantis aulam regis regnumve, flagitiosis hominibus, quantumvis magnos gererent honores, petere. H. Boet. lib. 13.

Mortis fuit apud Anglos, ut haeredes executorum rationem bonorum relictorum reddant Episcopo, vel Archidiacono, coramque eis iurjurando promittant, se executores, quae de mortuis facienda constituerint, ex quibus bonis aestimatis ipsi Episcopi, aut Archidiaconi vestigial aliquod, & idem pergrande, sepelimento capiebant. At Henricus IX. Rex illud ad militiam pecuniam summam redegit. Quo facto valde sui populi commodis consuluit. Polyd. lib. 27.

Patavini, Monte pietatis vulgo dicto circa an. 1491. instituto, Judaeorum xxii. mensas fenestras, quintam fortis annuatim exigentes, sustulere, Monte vigesimam tantum accipiente. Bern. Scard. l. 2. hist. Pat. classe 5.

CUM CERTAINAE INTER AGENTES

Contendunt.

Hospitalitate.

LANDINUS scribit, Breuniorum urbem esse Romandiolae splendidi, in monte supra Forum Livitum. Guidonis à Prata (id villae nomen est intra Faventiam, & Ravennam) ac ejus gentium, aliarumque familiarum insigni liberalitatis emulatione inclutam, inter quos praesepè contentiones oriebantur, quum advenis in urbem accedentibus, eos hospitio habere suo quisque praeceteris anniteretur. Qua de causa columnam in foro statueret, anulis pro numero familiarum appensis, suaque cuiusque nota insignitis. Ad quemcumque anulum hospes deligasset equum, ejus domum deducendi, ac honorifice tractandi potestatem sibi factam esse magni muneris loco ducebat. Leand. in descr. Ital.

Libertatis restitutione.

DEMETRIUS Poliorcetes Munychia praesidium eiecit, interfecto Dionysio Duee, ac Demetrium Phalereum, qui rem ad paucorum potentiam revocarat, amovit, patriam Atheniensibus, Megatenibus libertatem restituit. Ptolemaeus autem Philadelphus, in majorem etiam libertatis spem Graecos erexit, Graecae urbes plerumque omnes liberatae donavit, & sacras Isthmiacum denunciavit, & Isthmia, ut libertate recepta, oleagnos ramos ferentes spectare iussit. Svidas.

Muneribus.

Primum in concionem accessum Alcibiadis largitionem ferunt habuisse pecuniam, non quidem ex composito, sed cum praeteriret, strepente populo Atheniensis, causam requisivisse motus. Intellecto, donatum populo datum à quibusdam, accessisse, atque largium item de suo. Plaudente populo, clamoremque tollente, oblitum ex gaudio fuisse cornucopiae, quam forte in pallio ferebat. Qua terribi & advolante, intendisse populum clamorem, ac consurrexisse frequentes, ut praesto essent ei ad avem capiendam. Cessisse autem Antiochum gubernatorem avem, atque ei restituisse; inde charissimum fuisse Alcibiadi. Plur. in Alcibiade.

Norvegiae Rex Goto, à Berone & Refone Tylenibus salutat, Refone magni ponderis armilla donavit. Quo quidam aulicorum conspecto, neminem Gotorum parem humanitatem affirmavit. At Refo quamquam gratiam beneficio deberet, Goticum Daniae regem ei praetulit. Ulvo in dictae landis fidem etiam pignus deposuit. Ejus proinde consensu Refo in Daniam pergens, Goticum stipendia inter milites partem invenit. A quo, quisnam esset? rogatus: Vulpeculae sibi nomen esse respondit. Cumque risu quosdam, alios admiratione complecteret: Et vulpem, inquit Goticus, ore praedam excipere convenit; moxque detactum torquem ori ejus iniecit. Quem Refo dentibus exceptum, consilium dextro carpo applicans, illum cum dno auro ornatum ostentabat; siquidem verò perinde atque ornamentum inopem occultabat. Quo joco à Rege alterum in super accepit. Igitur reversus in Norvegiam Refo, conceitatorum pignus exolvere reculantem occidit, filiamque Gotorum captivam Goticis adduxit. Saxo lib. 8. & Crantz. l. 1. Norveg. c. 35.

Aedificatione.

Cum Pericles magnificis aedificiis Atheniensium urbem impleveret, inimici eum maxime mordabant, traducebantque in concionibus, sedum vociferantes id populo esse, & probrum, quod publicam Graeciae pecuniam ex Delo ad se transfu-

lisset. Contra id autem, quo uti speciosissimo, adversus exprobrantes, obtentu poterat, metu se id inde sustulisse Barbarorum, ut rem communem tuto loco servaret, hunc Periclem praedixisse, neque vulgari videri Graeciam affici injuria; imò planè opprimi tyrannide, cum cernat, quae necessarii ipsa in bellum contribuit, his Atheniensis urbem deaurantes, & exornantes signis delubrique sumptuosissimis, insolentis more mulieris, quae gemmis sese pretiosis excolat. Igitur demonstravit Pericles populo, cum ipse defendat socios, & Barbaros arceat, non esse ipsum obstrictum, ut referat rationes illis, qui non equum, non navem, non militem, sed pecuniam solum praebant, quae non dantium sit, sed accipientium, modo praesent id, cuius gratia recipiant. Debere verò, quia abundè civitas necessitati instructa ad bellum sit, convertere eam copias suas in haec, quae perpetrata sempernam gloriam, dum in molimine sunt, quae sum pariant praesentem, quod varia officia insinuarentur, varia etiam ministeria, quae quin omnes excutitura artes essent, & manus omnes motura, civitatem facerent penè universam mercenariam, dum semetipsam decorat & alit. Oratores, qui Thucydides erant affeclae, Periclem sumptuosos aedificiis pecuniam dilapidare, & vestigialia evertere criminabantur. Ibi pro concione, an mulum impensum esset, requisivit ex populo. Permultum verò, cum respondisset: Ne ergo vobis, inquit, sed mihi referatur expensum, meumque ipsum nomen his monumentis inscribam. Sub hoc Pericles dictum, vel viri magnitudinem animi oblutepescentes, vel de operum cum eo certantes gratia, sublata voce. Ex arario impenderet, erogaretque, nullo sumptus respectu, iussit. Plur. in Pericle.

Uti Augustus Urbem pro majestate imperii ornavit, & quam lateritiam acceperat, marmoream reddidit; ita quoque ejusdem hortatu principes viri publica quaedam staturunt opera. Martius Philippus Octavii virtricis aedem Herculis, & Mularum. L. Cornificius Dianae. Afnus Pollio atrium Libertatis. Numatius Plancus aedem Saturni. Theatrum Corn. Balbus. Statilius Taurus Amphitheatrum. M. Agrippa tot opera & tam egregia, quam nemo alius, & in his plures aquarum ductus. Nota vox est Augusti principis ad populum vini copiam impudentius efflagitantem, Satis ab Agrippa genero suo provisum, ne civitas sibi laboraret. Sabell. lib. 1. En. 7. ex Sueton.

ALEXANDER M. Perillo cuidam ex amicis dotem filibus suis perenti, talenta quinquaginta dari iussit. Qui cum dixisset, satis esse decem: Nempè tibi, inquit, accipere; mihi non satis donare. In apoph. ALCI BIADIS Socrati praepetori laetitiam munera miserat. Ea Socrates magno animo accipere recusavit. Xanthippe plurimum instante: Sua est Alcibiadi, inquit, nobis etiam nostra sit ambitio. Alcibiades dando, Socrates non accipiendo suam offendit liberalitatem. Elian. Atheniensem quemdam hominem, ajunt, non admodum locupletem, cum omnia distaxisset, & quod inde erat redactum ad centum stateras offerret Alcibiadi cum deperibat, ut acciperet, orans; aridens laetisque Alcibiades aurum homini reddidit, iussitque, ut remedia postero die vestigialia publica, licitatione superaret, se sponsorem pollicitus. Publicani itaque ut hominem à redemptione pellerent, magnam illi vim pecuniae obtulerunt. Plur. in Alcibiade.

Ludorum magnificentia.

ANTIOCHUS Epiphan. L. Pauli. Emilius magnificentiam in ludis superare nitebatur, legatos speculatorumque in civitatem mittens, qui ea certamina nuncirent, quae ab ipso in honorem Daphnes essent faciendae, ut in mulum studium per universam Graeciam ad eum eundi concitaretur. Quorum triumphum & pompam Athen. l. 5. c. 4. recenit.

AGENTEM ET PATIENTEM.

QUATENUS PATIENS BENEFICIUM

Accipit.

PHILIPPUS Amyntae F. post Olynthi expugnationem pro concessa victoria Olympiae splendidissima petegit sacrificia, & convocata ingenti hominum multitudine, certamina edidit pulcherrima, multoque hospites convitio accepit. Ibi sermone eo loco accommodatis usibus, multis pocula manu sua porrigebat à se praegustata, non patiens munera esse largitus. Animadvertens autem, ex amicis quempiam Satyrum nomine praefere terentes nescio quomodo traxerat, rogavit, cur solum aliquid humanitatis suae experiri non dignaretur? Illi munus aliquid

A ab eo se cupere dicenti, sed veteri, ne intentione sua patefacta frustra haberetur, Philippus exilaratus, cum promississet, quodcumque petisset, se libentissime concessurum, hospitis cupidum sui virginem duas adolecentulas novis maritis desponsatas, quae essent inter ejus captivos, se libenter recepturum dixit Satyrus, non ut ex eo munere lucri aliquid consequeretur, sed ut addita etiam de suo dote, in matrimonium se traderet, ne injuriam tenera aetate indignam sustineret cogereatur. Philippus hanc petitionem libentissimum animo accipiens, virginem duas statim Satyro condonavit. Diad. lib. 16.

JOANNES Alex. Patriarcha, qui pauperes Dominos suos appellare solebat, cum à divite quodam vile, ac foetidum grabatuli illius tomentum miserante, plumeam calcitranti dono misissam accepisset, ubi primùm ea sublata cubavit, noctem illam totam insonnem egit, identidem ingenitescens, molliùs tunc se jacere, quàm dominos suos. Cumque illuxisset, calcitranti venundari, pecuniam pauperi erogari mandavit. At dives ille ab emptore redemptum iterum misit, precatus, ne munus suum ultra venale haberet, sed eo ipse frui vellet. Verùm nullo modo Joannes tenere se potuit, quin rursum iterum faceret ut prius. Dives autem jam secundo recuperatam eidem referri iussit: Videbitis, dicens, ur nostrum citius desatigabitur, tu vendendo, an ego redimendo. Ille modesto admodum risu excipiens: Deo gratias, inquit, quòd in tui sumus certamen diviti salubre, pauperi commotum, mihi jucundum. Itaque quoties id muneris misum sibi accepit, toties vendendum curavit. Marul. lib. 1. cap. 2.

Non accipit, Repudiat.

Huc refer Tit. Non accipere munera honesta quae offeruntur. Nam qui offert, & recipit, qui repudiat, & recipit, liberalis est. Proinde certamen pulcherrimum certant.

DAVID Rex ab Aereana Jebusae aream pro dedicanda ara liberaliter cum bobus oblatam, pari liberalitate respuit. Ex lib. 2. Reg. cap. ult.

ANTIPATER Macedonum rex dicere solebat, ex duobus quos Athenis haberet amicos, Phocionem ut acciperet, Demadem ut satiraret, efficere se nondum potuisse. Plutar. in Phocione.

ALEXANDER M. Perillo cuidam ex amicis dotem filibus suis perenti, talenta quinquaginta dari iussit. Qui cum dixisset, satis esse decem: Nempè tibi, inquit, accipere; mihi non satis donare. In apoph. ALCI BIADIS Socrati praepetori laetitiam munera miserat. Ea Socrates magno animo accipere recusavit. Xanthippe plurimum instante: Sua est Alcibiadi, inquit, nobis etiam nostra sit ambitio. Alcibiades dando, Socrates non accipiendo suam offendit liberalitatem. Elian.

Atheniensem quemdam hominem, ajunt, non admodum locupletem, cum omnia distaxisset, & quod inde erat redactum ad centum stateras offerret Alcibiadi cum deperibat, ut acciperet, orans; aridens laetisque Alcibiades aurum homini reddidit, iussitque, ut remedia postero die vestigialia publica, licitatione superaret, se sponsorem pollicitus. Publicani itaque ut hominem à redemptione pellerent, magnam illi vim pecuniae obtulerunt. Plur. in Alcibiade.

PHILIPPUS Macedo Philoni Thebano bene de ipso merito & hospiti, cum ageter Thebis obles, qui post nullam ab se munus admittent: Noli me, inquit, si beneficiis & meritis victus sim, invicti gloria spoliare. Plur. in apoph.

Senatus popululque Romanus. Quere Tit. Liberalitas, quatenus non capis non exigit, considerata respectu sui, & Fortitudinis in adversis ostendenda.

Anno Salutis 1258. cum in Syria propter privatam contentionem inter Genueses Venetosque grave bellum ortum esset, non sine Genuesium detrimento, quòd eodem tempore Pisani quoque hostes erant; Lucensis civitas oratores Genuum misit, qui marcarum auri duo millia Genuesibus dono offerrent, rogantes, ne munus Genueses, sed animos mittentium inspicierent, coque inter in auro uterentur, dum Lucenses aliam quoque pecuniam pararent. Genueses hilari vultu Lucensium munus postredie integrum oratoribus restituerunt, atque ad graviores casus Lucensis eam pecuniam servarent, hortati sunt. Fulg. l. 4. c. 3.

Neapolitani, durante adhuc Annibalis bello, Romam 40. aureas petentes magni ponderis per legatos. munus pop. Rom. miserunt, omneque alias fortunas suas obtulerunt. Ceterum

non minor populi Rom. gravitas atque abstinentia fuit, qui B. minima lance ex munere accepta, aliis ingentibus adis gratias restituit, quamquam diuturno bello impensurumque magnitudine pressus, in magnam necessitatem conjectus esset. Idem c. 8.

Remeritur.

Vide Tit. Grati pro Muneribus, pro Hospitalitate, quatenus gratia gratiam parit.

CYRUS, qui à Medis ad Persas impetrium transfudit, quum in expeditione quadam coactus fuisset intrare regionem desertam, & omnium vitae necessariorum inopem, tam grave subivit discrimen, ut ejus milites ob victus indigentiam commilitonum corpora in cibum vertere compulsi fuerint. Ibi quum Arimafsi curru frumento onustos ad xxx. millia adduxissent, praeter spem ab ingenti calamitate omnes fuit liberati & Cyrus populum eum decepsit à tributis omnibus immunes esse voluit, magnisque insuper affecit muneribus; & prior dempto nomine, pro Arimafsi Euergetas appellavit. F. Diad. lib. 17.

XERXES cum exercitu ex decies centenis millibus hominum constante in Graeciam proficerecetur, Pythius Artyis F. Phryx Celenius, regem cum exercitu hospiti excepit.

Vide supra Tit. Liberal. erga Peregrinos.

AR TOXERXES Persarum Rex (qui juxta censetur regem esse & benignum, capere candido & alacri animo exigam, atque ingentia donare) cum malam punicum Omises quidam iniustata magnitudine obtulisset: Per solem, inquit, etiam urbem vir hic, si ei concedita sit, ex pupilla citò reddat amplam. Dum alia alii offerunt, in itinere homo tenuis, cum nihil subitò ad manum haberet, ad amnem cucurrit, haustamque manibus aquam obtulit ei. Ea re delectatus Artoxerxes, misit ei phialam auream cum mille Darcis. Plur. in Artoxerxe.

CORVS Thraciae Rex illum, qui pardalim ei donaverat, remuneravit leone. Plur. in apoph.

Cum Taxiles unus ex Indiae regibus occurreret provocaret Alexandrum, ne dimicaret, nec bellum gereret, sed si cederet, sibi beneficia acciperet, sin praestaret, dari: De eo ipso esse certandum, respondit, uer metitis esset futurus superior. Idem.

DEMETRIUS Poliorcetes victus à Ptolemaeo Philadelpho, cum ille omnes captivos sine pretio ad eum remisisset, non multò post simili liberalitate eundem superavit. Plur. in Demetrio.

Consuli C. Fabricio scripserat Pyrrhi medicus Epistolam, ostendens se, si juberet, sublaturum veneno Pyrrhum. Eam Epistolam transmisit Fabricius Pyrrho, ut consideraret monens pessimum ipsum esse amicum, & hostium aestimatorum. Compertis infidiis, Pyrrhus medicum suspendit, ac Fabricio captivos sine pretio reddidit. Quod munus non admisit, verum, ne capere videretur mercedem, totidem invicem restituit. Neque enim gratificandi gratia Pyrrho detexisse infidias se, sed ne viderentur eum Romani dolo necasse, quasi vincere nequissent. Plur. in apoph.

Achaei, quamquam honores T. Quintio Flaminio ob libertatem datam cumulatè decreverant, nulla re tamen assequi videbantur beneficia ejus, nisi uno dono, quod omnibus illi praestulit. Id hoc fuit. Cives Romani, quos belli Punici fecundi perculerat clades, passim venundati & distracti in servitute erant. Graecia (Livius habet Achaia) mille & cc. numero habebat, semper quidem ob fortunae vices miserabiles, sed tunc haud immerito magis, cum alii liberi, fratribus alii, pars familiaribus, liberis servi, & victoribus occurrerent captivi. Hos Quintius, quamvis illorum causa affligeretur, non extorfit dominis, sed Achaei eos quingenis denariis in capita redemerunt, contractoque unum in locum omnes parati jam confedere Quintio obtulerunt. Itaque ille decessit gaudio delibutus ob praecleara facta, egregias remunerationes, magnoque viro & civium amante coniectus dignas. Quod profectò omnium ei videtur ornamentum extitisse in triumpho splendidissimum. Plur. in Flaminio.

L. SYLLA nunquam ab ullo suorum amicorum se beneficentia superatum gloriabatur. Plur. in eius vita.

THEOSTOSIUS Jun. Imp. multum pecuniam misit ad Archiepiscopum Ierolymitanum, egenis distribuendae, ac Crucem auream lapidibus pretiosis exornatam, quae in Cranio figeretur. Archiepiscopus vicissim ei dono misit reliquias dextrae manus Stephani primi martyris. Ex cum essent Chalcedonem

Anem perlatæ, ea ipsa nocte Pulcheria S. Stephanum vidit sibi dicentem: En impetrasti, quod precibus petebas, & ego Chalcedonem veni. Itaque ea assumpto fratre, obviam sacris reliquiis istis profecta est, iisque in Palatium illatis, magnificum templum B. Stephano condidit, inque eo reliquias deposuit. Cedrenus.

MALCOLMUS II. Scotorum Rex, victis Danis, Scenam omnium ordinum indico conventu, regnoque in partes, quas Baronias vocant, diviso, cunctas opes agroque regios meritorum habita ratione ita divisit, ut vestibus publicis tumuloque, in quo lapidea tum stabat cathedra, pauculisque redibit Christi Ecclesie donandis exceptis, ad sui arque familie sumptus prorsus nihil relinqueret. Barones vero (ita illius temporis Equites appellabantur) ne non suppetent ad regiam dignitatem facultates, ut cuiuscumque agri domino excedente egi humanis, hæres, cuiuscumque sexus, usque ad alterum supra viciesimum ætatis annum, regis esset sub tutela, grata liberalitate statuerunt; ea quidem lege, ut quicquid per id tempus eo ex agro emolumenti proveniret (Vardiam eum d' usufructum vocant) uniusque inde anni epulæ agrum census (quem Releviam vulgò aut Relevatam dicunt) univèrsa cum hæredis dote, si nullam ejus desponsationem vivens pater fecisset, quum in hereditatem admittitur, sisco penderetur regio. Cujus facti cum regem post aliquot annos penitusisset, & leviss. de causis Barones aliquot capitali supplicio affecisset, prædica eorumdem publicasset, à conjuratis noctu interfectus est. H. Boeth. lib. 11.

Venetis Imp. Rom. pannum aureum tributum loco debebant quotannis. Is ab Otone III. Imp. Veneto nomini in perpetuum remissus fuit, cum ignoto habitu Venetias exolvendi voti causa venisset, benignèque à Petro Ursicolo Principe hospitio exceptus esset. Sabell. 3. Enn. 6.

CLEMENS VII. Pp. & Franciscus I. Gallorum Rex muneriis certantur. Acceptum enim à Pontifice dono monocerotis bicubitale cornu, aureæ calatæ basi inclumum, ad depellendam epulis venena: Rex latissimo aulæo rependit, in quo Belgarum arte, suprema Christi cæna cum discipulis serico, atque auto intexta viscatur. Dedit & cupiditati Hippolyti Medicis Cardinalis, manifestatum leonem extimæ proceritatis, quem Mauritania Hariadæus Barbarussa cum legatis transmittierat. Idem. lib. 31. Hist.

MODERATIONIS PECUNIARIÆ.

LIBERALITATIS IN Genere,

FRUCTUS DIGNUS.

Ex loco Gratitudinis hoc non pauca transferri poterunt, quatenus Liberalitati rependitur, vel eiusdem vel alterius generis gratia.

DE FAVOR, AMOR.

ZACHEUS publicanorum Princeps, & ipse dives, eodem die, imò eadem hora, qua se bonorum suorum partem dare dixit pauperibus, oraculum accepit, salutem factam esse domui sue, seque non jam inter publicanos, & peccatores, sed inter Abrahæ filios computari. Marul. lib. 1. cap. 2. ex Luc. 19.

Cornelius Italica cohortis centurionis, elemosynæ (ut in Act. Apost. legitur) ascendunt in memoriam in conspectu Dei, atque ad illum adhuc gentilem, angelum de celo, & Simonem Petrum ab Joppe, Cæsarem utque evocantur, dignum utique reddentes, qui cum angelo colloquerentur, à Apostolo baptizarentur, à Spiritu sancto, priusquam baptizatus sit, visibiliter illustraretur. Adeo ut & qui aderant ex circumcisione fideles, mirati sint, Spiritus sancti gratiam etiam in gentibus esse effusam, & Petrus in veritate comperisse dixerit, quia non est perfonarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Idem.

EUSTACHIUS sub Cæs. Trajano magister equitum, super cornibus cervi, quem venando insecutus fuerat, Christum in cruce fulgentem vidit. Qui dum, ob ipsius erga inopes beneficia, ei se apparuisse diceret, ut mysteria veritatis referret, credentem baptizari iussit. Sic, qui charitate juverat miseros, fide inter verè felices receptus fuit. Idem.

D. MARTINUS catechumenus adhuc, cum militem ageret, in porta Ambianensi occurrit ei pauper nudus. Verum cum præter atq; & chlamydem nihil haberet, gladio vestem me-

diam discidit, & pauperi eam dedit. Ea deinde nocte Martino E in somnis Christus vifus illa chlamydis parte contentus, hæc voce, Martinus catechumenus hæc veste me contexit. Severus Sulpit. in eius vita, & Bonfin. l. 5. Dec. 1.

Idem postea Turonenfium Episcopus factus, cum in vestibulo Ecclesie offendisset hominem derita lacerna feminidum in sacrum evocato, tunicum quam sub pallio solam habebat dedit. Allato sibi demum collobio, indutus ac superindutus potere, & reliquiæ sacerdotibus ornamentis, dum sacra peragit, atque inter agendum ambas suppliciter manus ad caelum tollit, delabentibus lineis brachia nudata ostendit. Sed priusquam ea demitteret, amicta apparere tegumento mirabili. Ut felicitate miraculo admoniti crederemus, eum qui indigentes vestierit, vestiendum celestis gloriæ lumine, cum Dominus Jesus Christus transformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Marul. lib. 1. cap. 2. & Fulg. lib. 4. c. 8.

Leo IX. Pontifex summa erga pauperes liberalitate; cum ante fores suas leprosum pauperem invenisset, eumque in lecto suo collocari iussisset, aperis manè à janitore foribus, nupiam pauper inventus est, sed Christum pauperis habitu sibi rebusse creditum. Platina.

Joan. Diac. in vita Greg. refert, Gregorio magno tribus vicibus angelum in specie naufragi apparuisse, ab eoque elemosynam petisse, ac consecutum quoque esse. Tandem vero tantis miraculis condecorasse Gregorium, ut omnibus exemplo ac terrori esset. Lib. 1. cap. 22. commemorat, Christum in forma peregrini venisse ad Gregorium, cui cum aquam fundere vellet ad lavandas manus, evanuerit, eademque nocte per visionem ei dixerit: Cæteris diebus me in membris meis, hæsterno autem die me in memetipso suscepisti. Addit, à Gregorio non expectante, dum adventent peregrini, sed etiam per fora, & compita eos querente, & invitante, angelum susceptum hospitio, qui postea aperiens sese promiserit ei, propter liberalitatem quam erga egenos, & pauperes exercuisset, Pontificatum Dei nomine.

Greg. M. in Euang. hom. 32. recitat historiam miraculosam de Matriona orante, quod egrediens duos peregrinos sub habitu monachorum inveniret angelos, quibus cum vellet erogare elemosynam, subito evanuerint.

BEATITUDO. VITA ÆTERNA.

THOMAS Apostolus ad Gondophorum Indiæ regem pro architecto non terreni (ut ille putavit) sed celestis edificii missus, cum magnam pecuniæ vim in edificandæ regie sumptus accepisset, profecto in aliam provinciam regerentem omne pauperibus divisit. Quod ubi innovit Regi, vinculus ductus est in carcerem. Interim Gad frater regis elatus, cum die quartorevixisset, testatus est vidisse se in celo mirabilis structuræ basilicam, gemmis auroque fulgentem, atque audivisse à Thomæ regi conditam, nisi ea se ipse fecerit indignum. Rex itaque redvivi fratris tum miraculo attonitus, tum verbis permotus, Apostolum vinculis liberat, Christum prædicanti credit, & credens intelligit, non in terra, sed in celo elemosynis paranda esse mortalibus habitacula. Marulus.

EYAGRUS Philosophus Alex. inter alia Christianæ religionis dogmata, etiam de hoc dubitabat, quod elemosynam pauper largiendo, recepturus esset centuplum cum vita æterna. A Syneco Alexandria Episcopo conversus, attulit ei ccc. auri libras, quas ille pauperibus distribuere, data sibi cautione manu propria scripta, Deum ista reddidit. Episcopus pecuniæ accepta, dataque syngrapha, eam inter egenos distribuit. Philosophus autem aliquot annis post mortuus, liber suis præcepit, ut sibi in manum infererent syngrapham istam, atque sic sepelirent. His ita factis, tertio post die Episcopo in somnis vifus est Eyagrus ita loquens: Accede ad sepulchrum meum Episcope, & recipie syngrapham tuam; redditum est enim mihi debiti centuplum, neque habeo quod à te exigam, sed & quo plenius tibi caveatur, manu mea subscribi. Diluculo Episcopus philosophi filius ad se vocatis, clerico comitante ad sepulchrum accessit. Eo aperto, invenerunt philosophum sedentem, manuumque cum charta protendentem. Qua aperta in conspectu omnium Episcopus invenit receptam manu philosophi subscriptam ita: Eyagrus philosophus sanctissimo Episcopo, Domino meo Syneco S. S. pater, me centuplum debiti recepit, neque eo nomine habere quod abste exigam. Hoc audito, iussit Episcopus schedam in armario asservari. Cedrenus.

Vita

VITA RESTITUTA. Pro Tabita Dorca, pauperum, quibus illa se benignam conficiendæ vestibus præberat, obsecrantium voces Apostolum Petrum compulerunt, ut illi jam conclamata, ad pristinum vitam rediret à Domino impetraret. Act. 9. Pro Druisiana egenorum Ephefi turba Joanni Apostolo occurrent, ut quam illi turba efferant, ipse proximus suscitaret, obtinuerunt, dum vestes ab ea acceptas ostentant, dum illa incolum se nunquam famem timuisse affirmant. Mulier itaque vocem Apostoli à morte veluti à somno exurgens, illum suscepit hospitio, solitaque subsidia pauperibus misit: nunquam pietatis deserens officium, ob quam & ad hanc vitam redire illi licuit, & proficisci ad æternam. Marulus l. 1. c. 2.

INCORRUPTIBILITAS.

Narrat Bedal. lib. 3. cap. 6. Ecclesiast. hist. Aidanum Osualdo Regi Anglorum, pauperibus de mensa sua dapes & argentum ditum cum frusta contumeliam minutatim distribuenti, dixisse: Nunquam inveterat hac manus, idque sic evenisse. Nam eam manum cum brachio, in acie à reliquo corpore avulsam, adhuc durare incorruptam.

FOECUNDITAS.

EUPHEMIANUS Rom. & Aglae uxor ejus, quodiè postis riciniis, pauperes domi convocatos refectibant, propriis manibus ministrant. Steriles prius susceperunt sanctissimi virum Alexium. Quo unico contenti, deinceps contentiam inter se perpetuè servarunt. Torigitur fructus produxit elemosyna, ut sterili partum daret, partui sanctitatem, parentibus castitatem, omnibus paratissimam. Marul. l. 1. c. 2.

PULCHRITUDO.

PHAON portitor Lesbii, cum Venerem incognitam gratis transvexisset, ab ea unguentum accepit: quo delibutus, omnium evasit formosissimus, ita ut non Sappo tantum, sed omnes alias puellas in sui amorem pertraheret.

UTILITAS, LUCRUM, INCREMENTUM BONORUM. CENTUPLUM.

Israclita quidam, inter eos, qui à Salmanassar abducti sunt, Civis avarus fuit, qui cum sacerdotem convenisset, hæc verba Salomonis Regis legentem: Qui miseretur pauperis, in Deo generatur: penitentia ductus, bona omnia pauperibus distribuit, duobus numis aureis servatis. Ad summam igitur redactus paupertatem, iter Ierosolymam instituit, ut cum Deo suo coram ageret, quasi fraude ejus promissis inductus, sua erogasset. In itinere obvius habitus duos mendicos inter se contententes de gemma quam invenerat, cuius pretium ignorabant, colorem tantum admirabantur: & reprehendens aliorum stultitiam, offert illis duos numos, quos habebat reliquos, ut illorum rixam dirimeret. Gemmam aurifici ostendit, mox Pontifici, qui monitus prius ab Angelo, prope diem affuturum peregrinum, qui gemmam ex Ephod amissam reperisset, eam magna vi auri redemit, simul alampam impexit: Hæc, inquiens, Angelus Domini me tibi nunciare iussit: quod bona tua pauperibus distribueris, triplum tibi divinitus redditum agnosce: neve Deo amplius diffidas, alapa quam tibi infigo monitus abito. Ille gaudio plenus, è templo discessit, relicta ad divinum cultum omnibus. Cedren. in Hist. compendio.

TIBERTIUS III. Imp. quanto plus donavit pauperibus, tanto plus invenit. Nam in palatio sub mareota tabula reperit ingenrem Iustinum thesaurum, dum Circus simulacrum pedibus calcate vertit: & Narcisus thesaurum in Italia puteo defossum, sine quodam indicante, reperit, post Narcisus interitum. Sigeb. Cup.

HADRIANUS II. Pont. adhuc privatus existens, Sergio II. Pontifici familiaris fuit. A quo cum aliquando denarios xl. dono accepisset, domum rediens, dispensatori mandavit, ut eos peregrinis & pauperibus, qui in vestibulo domus suæ stabant, erogaret. Facere ille mandata conatus, cum videret, ne minima quidem parti tantula re satisficere posse, ad Hadrianum rediens, pauperis exposuit. Tum Hadrianus accepta pecunia ad pauperes veniens, & ternos denarios singulis præstitit, & totidem sibi, rei familiari satisfacturus, reservavit, attonito dispensatore miraculo rei. Cui Hadrianus: Vides, inquit, quam benignus & largus sit Dominus, his præsertim, qui liberos sunt in pauperes? Plat. & Antonius. Tit. 16. c. 1. §. 10. Idem ex Baronio aliis verbis initio huius loci reperitur.

L. B. T. beat. vit. Human. Tom. IV.

D. GERMANUS Episcopus, quum elemosynam oraretur, E diaconum dispensatorem suum, quodcumque pecuniarum esset, in eos erogare iussit. At illi nummorum copiam causantibus: Pauperes, inquit, suos pascit Deus: tu vero, quod habes, pauperibus distributo. Diaconus è tribus aureis duos erogavit, ut futura prospiceret necessitati. Paulò post quidam equites ducentos Pontifici nummos dono dant. Ergo ad diaconum mox conversus: Accipe, inquit, quæ traduntur, & recognosce te fraudem fecisse pauperibus: quando si quicquid tibi erat in opibus, erogasses, remunerator nos tercentos hodie reddidisset. Contremuit ille, conspicuus clandestinam suam culpam vitum sanctissimum latere nequivisse. Bonfin. lib. 4. dec. 1.

Epiphanius quoque Metropolitanæ Cypriorum Ecclesie Episcopus admodum propensus erat ad largiendum egenis aut naufragis, vel alias calamitosis; idèoque & substantiam suam jam insumperat, & pecunias Ecclesiasticas quoque admodum diminuerat. Fuerant autem ille multa: Nam undique multi, quibus propositum erat opes suas ad pietatem infundere, tam viventes adhuc exhibebant illis, quam post mortem relinquebant Ecclesie. Erant enim ea erga illum fiducia, ut crederent eum tanquam fidelem dispensatorem & piùm, pro ipsorum sententia, quæ dabant, expensurum. Itaque cum aliquando, ut fertur, pauca adhuc superesset pecunia, æconomus Ecclesie graviter successens, querebatur eum esse prodigum. Ille vero neque sic cessabat liberaliter largiri egenis. Omnibus jam absumptis, venit quidam ad domunculam, in qua debebat æconomus, loculos adiciens auro multo refertos. Cum autem neque quis illos didisset, neque quis misisset, constaret, videreturque non immerito insolens & admirabile, quòd homo aliquis tantam largiendo pecunias cognosci voluisset, cuncti rem hæc divinitus esse gestam conjecerunt. Sozom. hist. Ecclesiast. l. 7. c. 26.

S. BRIGIDA Abbatissa cum fororibus curru vehebatur: & occurrentes pauperibus lignorum fascies dorso bajulantibus, solvi jugales equos iussit, eisque tradi. Oneratis iumentis læti abierunt. Ipsa cum suo comitatu in via residens, præfatorum Domini auxilium. Ecce autem eandem viam quidam regulus ingrediens, ubi causam moræ earum intellexit, suos illis equos largitus est. Marul. l. 1. c. 2.

JOVOCUS, cum ad fluminis ripam in solitudine sibi domicilium constituisset, uno duntaxat discipulo contentus, partem quartam panis, quem tunc unicum habebat, mendicanti dedit: mox iterum, & tertio, & item quarto, diverso semper, ne agnosceretur, habitu petito, revertenti semper partem largitus, nihil sibi, neque discipulo, nisi certam in Domino spem, dereliquit. Et dum hesitantem discipulum consolatur, ne de victu dubitaret, ei serviens, qui irrationabilia quoque pasceret animalia, aspiciens duos lembos proxime ripæ applicuisse vectore nullo. Cumque comperisset, omni cibatorum genere, quo ipsi vesci solebant, plenos, Deo gratias egerunt, qui pro uno pane pauperi dato, de tam ubere alimentorum copia sibi sine cunctatione providisset. Idem.

SABBA Monachus, dum Hilarionem Abbatem cum trium millium monachorum comitatu venientem excipiens, in vinea sua ad uvas, quæ jam maturæ erant, invitasset, & omnes earum partu refocillati essent, utique adeo multiplicatum inde collegit fructum, ut in vinea quæ integra centum lagenas æstimata fuerat, depasta trecentas redderet. H. Idem.

OTHONIS II. Cæsaris uxor erga pauperes valde liberalis erat. Die quodam Dominico Cæsaris mendici habitu elemosynam ab ea petit, manicam vestis pretiosissima, qua induta erat. Pareat illa, eamque largitur. Domum reverta, vestem mutat. Habitus mutati causam Imperator quærit, & ut pretiosam vestem in medium profecti curet, imperat. Assertur, & miraculose aliam manicam in ejus locum, quam pauperi liberaliter concesserat, suffectam esse obspicit Imperator, qui eam quam dono incognitus acceperat, sub veste occultabat, manifesto argumento, centuplum nos accepturos eorum quæ in pauperes erogaverimus.

Circa ann. Sal. 1315. levitit fames usque adeo, ut multa hominum millia perierint: perissentque plures in Diecesi Bremensis, nisi Joan. Bock, Ecclesie Bremensis Decanus, largissimas fecisset elemosynas in granis & farina, dudum in eos casus collectis. Erogalet ille largissimè. Quum admoneret familia, parum superesse, quod propriis necessitatibus vix sufficeret ad dies paucos: Ite, inquit, donate, perquirite angulos

A omnes diligenter. Illi autem pridem vacuata vasa relinquentes, ubi redierunt ad iustum domini, plena omnia repererunt: superflua, renuntiant. Ille jubet largius erogari: scio inquit, B. Petrum non deserendum suos, cui dictum est a Domino: Modice fidei, quare dubitasti? Crantzius lib. 9. Metrop. cap. 2.

Nobilis quidam de Blucher, Raceburgenfis Episcopus, granarium suum plenum farina & frumento totum pauperibus distribuit. Supervenere pauperes, qui elemosynam efflagarent. Vocato procuratore, iussit pauperibus dari quicquid superesset: erat enim annonæ caritas insignis. Procurator respondit, nihil superesse. Fiducia plenus dixit illi Episcopus: Vade & vide, si forte vel modicum superfit, ne vacui discant pauperes: vade in nomine Domini, & da eis, forte arbitratus, quod dispensator timidius confuleret futuro tempore, cum revera nihil superesset. Procurator granarium aperiens, frumento arque farina plenum reperit, & pauperibus abundanter elargitus est. Ubi innovit res gesta pontifici, reclusus in lacrymas, Deo omnium largitori largas gratias persolvit. In Schonenberga lapideam domum cum cellario à fundamento extruxit. Crantz. lib. 8. Metrop. c. 29.

TIADMARUS relicto decanatu Bremensi, Vicelinum Episcopum Aldenburgensem per Hollandiam & Vandaliam secularis, elemosynatus ejus factus, mira erga pauperes liberalitatis, ut prope ad egestatem videretur in magna fame cenobium Falderæ redegit: eoque nomine deinceps proviores clausa illi omnia habuere. Quid faceret vitæ misericordiarum? Epulatum pauperum non sustinuit: circumibat horrea, loca pridem vacuata, & penora cuncta, si quid forte superesset, in consolationem miserorum. Reperit, quod mortalis nemo possiderat: erogabat largissime, cunctis superentibus unde essent, quæ ille inter pauperes distribueret. Renovata sunt vetera Eliæ prodigia. Ille cunctis præbebat alimoniam: monasterio interim nihil decebat. Crantz. lib. 4. Vandal. cap. 4. & 14.

DIGNITAS, REGNUM.

M. ANTONIUS Triumvir liberalitas, & quod nihil pauca manu neque astricta militibus & amicis largiretur, aditum præbebat ei ad potentiam amplum, ejusque, cum jam magnus evassisset, majorem in modum amplificavit opes: quas in finita alia evertebant vitia. Plut. in Antonio. Apud Rabirium Poetam M. Antonius, quum fortunam suam ad alios emigrantem ingemisceret: Hoc habeo quodcumque dedi, inquit, Cælius l. 20. c. 24. Antig. l. 8.

GUILIELMUS vir simplex & religiosus. Vide Tit. de Liberalitate, quatenus honeste petiit, & ab hospitibus.

PIASTUS Colonicus F. agricola, Crucivicia Poloniæ oppido vivens, homo iustus & simplex & hospitalis erga pauperes, ex uxore Repicha unicum filium suscepit: eique, vivente adhuc Popiolo II. primam comam gentili ritu tonsurus, & nomen imposturus, amicos ad eam ceremoniam atque convivium, porco mactato, & aquæ mullæ vase desuso, invitavit. Priusquam itata dies adesset, forte obtulerunt ei sese ignoti duo homines, habitu peregrino: quos ille, cum regia excluderetur, comiter invitatos, hilarè in domum suam introduxit: instruxit mensam, apposuit asatim ex his, quæ ad futurum convivium præparaverat. Ibi res mira & stupenda accidit. Accrevit porcina, redundavit ex vase mullæ. Excepit Piastus vasis admonito hospitum conquestum. Idemque auctoribus, non civis modo, verum etiam principem ipsum cum omni comatu convivio excepit. Eisdem igitur hospitibus, sub tempore comitiorum (mortuo jam Popiolo) reverentibus & jubenibus, Piastus ex tenui penu suo conventum illum omnem, penuria laborantem, augefcente rerum earum, quæ promebantur, copia, rescivit. Quo miraculo animadverso, vulgatoque, una voce omnes Piastum non humanis suffragiis, sed divino iudicio principem sibi dari conclamant. Inaque ut erat veste & peronibus ex tiliæ cortice textis indutus, in regiam à primoribus ducitur. Hospites illi perfunctio officio suo, disparuerunt. Existimantur autem in fuisse angeli Dei, beneficentiam & hospitalitatem etiam in alienos à vera religione remunerantibus. Crom. l. 2. Guagnin. in vitis Regum Polon. Paulum & Joannem martyres Romanos vulgò perhiberi ait.

CMON Atheniensis sua beneficia consecutus est, ut Comedæ testimonio divinus sic homo appellatus, omniumque Græcorum optimus. Sab. l. 8. c. 1. ex Plut.

Cum in summa annonæ caritate Herodes Judæorum Rex,

ex Egypto convectis frugibus, calamitatem publicam sublevasset: hæc illius cura & tam opportunè collata gratia tantum apud Judæos valuit, omnium sermone celebrata, ut postmodum odium, quicquid hæctenus vel in administrando regno, vel transgrediens patris ritibus peccaverat, libenter obliviscerentur, bene compentatum putantes ejus liberalitate, qua usi essent difficillimo tempore. Nec minor vel gratia vel gloria parva est apud Syros quoque vicinos: ut per hæc mala non mediocriter nomen regis illustratum sit, & quantum damni domi acceptum est, tantum foris ad celebritatem nominis accrevit. Joseph. l. 15. c. 12.

NICOLAUS V. Pont. Max. ob insignentem liberalitatem semper laudatus est. Pont. cap. 23. de Liber.

FIDES, AMOR SUORUM.

ARCAMENUS Telectri roganti, Quemadmodum quis optimè regnum conservaret? Si sese à lucro vinci non patiar, respondit. Plut. in Apoph.

ANTONIUS Leoninus, Genuensis mercator, cum æger graviter laboraret, servos, ac servas, qui ægro ministrabant, testamento, si ad pristinum saltem restitueretur, omnes libertate donavit. Quod si decedere eum contingeret, omnes in servitute retinere iussit. Et sic prudenter ministris desiderium salutis vite iniecit, proposita eis libertatis spes: utque in ejus curam validè diligentiores essent, causas auxit. Fugol. l. 7. c. 8.

GEORGIUS COSTA, Cardin. Lusitanus, vixit annos cxi. Si quando morbo corripiebatur, amplissima dona ministris suis, si convalesceret, promittebat, eaque magnificè præstabat. Hac ratione effecti, ut incredibili studio ea, quæ ad sanitatem patroni facere possent, familiare omnes procurarent. Garimbert. lib. 5. de Vitis Pontif.

VICTORIA.

ALUREDUS Anglorum Rex, continuis Decorum bellis attritus, sese in palustria loca Sometseti, comitatus cum paucis suorum, recepit. Hic magnis sollicitudinum sculpulis pressus, dum opem Deum poscebat, ac quid consilii capiendum foret, sedulo agitabat, aliquot dies per dubitationem consumpsit: cum ecce tibi, obvium habuit hominem admodum inopem, sicut præferebat, qui frustum panis suppliciter petiit, cui rex libens dedit. Ad postero die, quam id munus dederat, per quædam vicit D. Cuthbertum artefcentem, se pauperem illum fuisse, cui panem dedisset: iustique eum bono animo efficit. Aluredus confestim ad suos milites rediit, ac magnis prædiis dedit, deinceps bellum suscepit, & in pristinum statum restitutus est. Polyd. lib. 5.

RECONCILIATIO.

JACOB ex Mesopotamia post aliquot annos domum repertus, veteris in fractis offensæ non immemor, præmisit, qui Eliam precibus & donis delinirent, si qua adhuc in eo veteris injuriæ ira insideret. Per quæ facile consecutus est, ut quam invidiosum patrium solum verterat, tam jucundus sit postliminò reverfas. Gen. 32.

NABAL Ziphæus, ex posteris Caleb, homo dives, at ut nomine, ita & re stultus, inhumanus, ingratus, cui in Carmelo monte pascebant tria ovium milia, & mille capræ, nuncios Davidis Regis, exulis propter Saul insidias, comæatum petentes placidissimis verbis, inhumaniter rejecti: neque sibi quid negotii cum fugitivis illi fore, pronuntiavit. Hæc David eam commotus, cum eccc. militibus ad excindendam domum Nabal accendebat. Verum Abigail uxor Nabal clam marito missis muneribus Davidem placuit: Domum reversa Nabal postero die, cum crapulam hæstemam exhalasset, rem omnem indicavit. Ille territus, tanta animi desolatione & corporis fæxæ quodam stupore dirigit, ut intra x. dies interiit. 1. Reg. 25.

M. CATO, cum populum à Cæsare animadverteret in Catilinæ conjuratione sollicitari, atque ad novandas res præcipiendam esse: indixit Senatui, ut inopi plebi frumenti congiarium daret. Eo munere populares procellæ conquieverunt, & fuerunt motus compressi. Plut. in Polit.

JACOBUS, cognomento Grandis, primus fuit, qui ex Carantensium familia universi populi Patavini consensu civitatem rexit, ann. Sal. MDCXXIX. Hæc antequam princeps fieret, cum patrocinium laturus cuidam amico ad prætoris venisset tribunal, ut amici causam judici commedaret, & adversæ partis patronus, omnia causa, quam agebat, liberiore lingua, & indignis in eum convitiis inveni cepisset: ille summa modestia respon-

A respondit: Ut benè causam diceret, desineret de se maledicere. Cum verò inde uterque discederet, Jacobus illi in aurem insusurravit: Linguam tibi præcedam maledice. At ille hoc verbo audito ad iudicem pervenit, in absentem de bacchantibus est. Jacobus verò, ubi primum domum sese recepit, iussit quantum frumenti curru imponi poterat, & suum domesticam magni ponderis ad illum deferri, suoque eidem nomine donari. Accepit ille libens, & gratias agens dixit: Profus sanè Dominus meus, placidè, sine ferro linguam mihi præcidit, & contra se murum reddidit. Bern. Scard. lib. 3. classe 13. hist. Pat.

INDIGNUS.

Fuit apud Mariandynos Hierax, vir iustus & illustris, templa Cereri posuit, primoque ex ea fructus percipit. At postquam Teuctri legitima sacra Neptuno non perolverunt, sed ea præ negligentia omiserunt: indignatus Neptunus, fruges cereræ perdidit, ingentemque à mari cetum ipsis immisit. Teuctri ad Hieracem miserunt, qui auxilium adversus famem B. ab eo poscerent: sique cum tritico, tum alia misalimmenta. Irratus eo factò Neptunus, in avem ipsam convertit, quæ nunc Græcis Hierax, Accipiter Latinis dicitur. Mores quoque ejus pristinos profus immutavit: eum enim, qui hominibus fuerat charissimus, volucris invisissimum reddidit, & qui ab interitu multos homines vindicaverat, fecit, ut is plurimam necaret aves. Anton. Liber. ex Bas. lib. de Ornithogonia.

D. GREGORIUS Magn. Pp. ob Ecclesie thesaurus in pauperes pie exhalatos, & defuncti memoriam ex sacris libris æmulos deleturos fuisse, ni Petr. Diaconus obtulisset, Siebert. in Chyon. testatur.

GUIDO Dux Spoletanus, mortuo Carolo Craffo, regnum Francie affectans, ad Mediomatricum urbem Metensem, in regno Lotharii nobilem, divertit, sperans ex composito conventuos socios, qui arma & suppetias subministrarent. Accidit (ut tradunt Annales) cum dapifer ejus illuc premissus ad alimenta regio morte præparanda, ab Episcopo Metensi videret juxta Francorum consuetudinem multa admodum cibaria parata, petiisse ab Episcopo, ut sibi equum donaret, sese curaturum, ut rex terræ hujus obsonii parte esset contentus. Cui Episcopus: Non ferent Franci regnare regem, qui x. drachmis vile prædant obsonium: abeat retrò unde venit, nemo hunc regem amplectetur, nemo amabit. Francorum itaque rebellionem turbatus Rex Guido, qui Odonem Andegavensem Regem elegerat, desperans de Francia, Italicum regnum, quod sibi jam Berengarius Dux Forojuliensis usurpaverat, cepit desiderare. Coss.

STEPHANUS Hungarorum Rex, quadam nocte clam sine comite à regia prodiit, distentos numerum loculos ferens, quos pauperibus distribueret. Quò cum venisset, stipemque vitium daret, inter petulantes rogatores mox orta seditio, regi per contumeliam ab avidioribus plerique barba evulsa est. At is solido quodam gaudio agitatus, in ædem properavit, ac ante aram in terram proci dens, ingentes Deo gratias egit. Bonif. l. 1. Decad. 2.

CAROLUS Danus Flandriæ Comes, vii. annis rerum potius est, adversa semper nobilitate, commodis voluptati que plebis omni popularitate inserviens: & casus temporaque tulere, ut parens à plebe diceretur, habereturque. Angustissime frumenta proveniant. Quandam è gratiosissimis aulicis Tamaridum Eleemone constituerat, hoc est, alendis è sico egentibus præferebat: ipse cum loculis in vulgus prodibat, templaque circumibat, stipem manu sua mendicis promens. Lambertus Stratenfis, frater Bertolfi præfecti ædis Donatiani, permultorum templorum decimas in multos annos redemerat, plena horrea habebat. Tunc in fame inopiaque ac agrorum sterilitate, ab Eleemone egentibusque insimulabatur ut auctor communium miseriarum, quòd iussu frumento, clausique horreis, haberetur ante oculos suos perire sineret. Ea iusti Comitibus refracta, triticique vim ingentem egentibus gratis mensus est Tamaridus: qui verò solvendo forent, certum pretium numerantibus: illaque pecunia, cum eam Lambertus, ut indignè habitus, oblatam continuo à Tamarido velut iniquo ac prope hoste accipere noluisse, in opibus divisa. Quæ res Comitum Eleemoneque plebi gratiorum junctiorumque effecti, Stratensem Decumatum nova indignatione incendit. Itaque facta Stratenfium suorum manu, sacrorum Cinerum die Comitum Carolum in sede Donatiani divina rei intentum veluti victimam mactat. Tamaridum scelere audito accurrentem in eodem templo L. B. Theatr. vit. Human. Tom. IV.

interficiunt. Fugantur cæteri. Lambertus consciorum clientiumque perditissimorum manu stipatus, Donatiani ad eum ac turrim in modum arcis emunit, firmatque. Rector Flandriæ salutatur Gulielm. Hypprenfis Philippi filius. Is se decem volentibus ad expectandas à patriciis penas præbet. Multitudo ipsa tunc Dani corpus ut sanctas reliquias veneratur. Ludovicus Craffus Rex Francorum, ne ea provincia Anglo in omnem occasionem intento jungeretur, simul ne exemplum beneficiariorum Francie Regis Principum conjuratione suorum occidendorum multum sineret, cum copiis adfuit. Stratenfes obfidionem oppugnationemque per aliquot dies sustinere. Nulla res eos æquè terruit, atque quòd cum omnis generis salamenta commatatumque intrussissent, omnia vitata trerum odorem spirare cœpere. Id velut miraculo, ea haud dubia superum ira percussos compulsi ad deditonem. Ad ducentos è turri in templum, quò jam irruerant regii, inermes descendunt: proambulantque ad regis pedes, ejus fidei se tradebant. Is iussit eos, unde descenderant, universos se recipere, ac bimos deinde in aream sani reverti. Ita bini ad supplicium traditi, & retracti ex fuga, penas perpendere fummis cruciatibus, alii rotarum radiis districi, alii palis induti, alii novo & inaudito ante supplicii genere absumpti: maxima pars lenta gravique morte, cæteri ex editioribus loci præcipitati, atque ita laceris corporibus resti sunt suspensi. Nulli conjuratorum temperatum. Nec noxiorum modò morte piacula casti Comitibus expetita, sed quicunque aliqua necessitudine eos contingebant, atque adeo paulò notiores, auro ferro pulsi, aut meru voluntarium sibi exilium longinquumque conficere, finitimos eos detestantibus, execrantibusque. Amil. l. 5.

LIBERALITAS, EN AH EI, QUATENUS NON CAPTAT, NON PETIT, NON EXIGIT, NON ACCIPIIT.

Considerata respectu PERSONARUM. TUM AGENTIUM. QUI NON ACCIPIUNT NON EXIGUNT. UT SUNT.

Propheta, Apostoli.

DANIEL Propheta otaculi divinitus in patrie descripti mysterium expositurus Regi Babylonio, dona dignitatemque, pollicenti ait: Munera tua sint tibi, & dona domus tue alteri da: scripturam autem legam tibi rex, & interpretationem ejus ostendam tibi. Quòd verò deinde legitur, cum mox purpura fuisse indutum, torque aureo circumdatum, potestatem præditum: argumento est, licere aliquando prædicto opere oblata recipere: non tamen ex pacto, sed ex donantis liberalitate: non ad luxuriam, sed ad necessitatem. Dan. 5.

PAULUS Apostolus apud Ephesios gloriatur, nullius sese aurum, aut argentum, aut vestes concupisse: sed manuum suarum artificio se vitam suam & aliorum sustentasse, cum tentoriorum artifex esset. Act. 21.

Medici.

ELIASUS Propheta x. argenti talenta, vi. aureorum millia, & splendidas vestes x. à Naaman Syro, quem à lepra curaverat, accipere noluit. 4. Reg. 5.

BARTHOLOMÆUS Apostolus, Polemo Indiæ Rege offerente sibi camelos argento atoque oneratos, eò quòd filium ejus ab immundo spiritu liberasset: non ob hoc se venisse dixit, ut munera acciperet, sed ut in Christum credentibus vim adificandæ salutis monstraret. Hæc res profectò non minis, quàm miraculum sanate filii, impulit, regem ut baptismum suscipere. Marc. l. 1. c. 7.

JUDAS Thaddæus, cum Abagarum gentis ultra Euphratem posite regem gravi valitudine laborantem, solo tactu sanitati restitueret, magnam vim argenti atque auri pro eo sibi oblatam constanter recusavit: Si nostra, inquit, dereliquimus, quomodo accipiemus aliena: itaque tantum divitarum contemptum in tam paupere viro rex admiratus, non ita cupidè paulò antè expectaverat sanitatem, ut tunc Christi suscepit fidem. Idem.

CYRIACUS Martyr, Roma ad Persas usque à Sapore eorum rege evocatus, cum filium illius Jobiam à Dæmoniaca vexatione liberasset, dona quibus vel longi itineris labor compensari potuisset, oblata repudiavit. Idem.

COSM. & DAMIAN. germani fratres, medendi arte clari, sed pietatis officio clariotes, gratitudinem exercebant. L. 11. 2. Et

